pore continue possessionis. Et dicendū est de iure civili q. in ti-
tulo et emptionis. et vendi. requirit bonafides vel probabilis er-
ror facti. q. bonafides presumptionem inducat tempore contra-
ctus et tempore traditionis in ceteris vero requiritur tempore tra-
ditionis tantū. vt. ff. de vsucap. l. is qui pro emptore. §. fin. et pro
soluto. l. si existimans. et pro emptore. l. ij. in prin. Sed de iure ca-
nonico non requirit tempore contractus in his que de iure com-
muni possunt possideri cum sine ti. prescribuntur. vt dictū est tem-
pore traditionis et continue possessionis vsq. in fines complete
prescriptionis. vt patet per verba regule. In his vero que nō pos-
sunt de iure communi possideri in quibus prescribitur tempore
ti. dicendum foret q. bonafides non requirat tempore contractus
et tempore traditionis. et continue possessionis in ti. emptionis.
in ceteris vero requiritur tempore contractus et tempore traditio-
nis et continue possessionis nisi post tempus contractus malafide
de celebrati error facti. pbabilis interueniat malafidei pcedētis su-
spicionem remoueat. Item querendū est si possessor errauit in
facto. vtrum dicatur malafidei vel bonafidei possessor. et dicendū
est q. error facti probabilis prodest. quia bonafides apertam pre-
sumptionem inducit. vt. ff. de vsucapionibus. l. iusto errore. §. fili-
us. et l. non solum. §. quod vulgo. et pro emptore. l. quod vulgo.
Item queri potest si errat in iure an dicatur bonafidei vel male-
fidei possessor. Et dicendum est q. l. quantum ad fructus percep-
tos dicatur bonafidei. in hoc. l. vt ad restitutionem eorū non te-
neatur. vt. ff. de here. peten. l. sed et si lege. §. scire. tamen quantum
ad prescriptionem malafidei possessor habetur. vt. ff. de vsucap. l.
si fur. §. i. Iuris enim ignorantia in vsuca. non tollitur vt. ff. de
vsucapio. l. nūquam in prin. et de iuris et facti ignorantia. l. iuris
ignorantia. Item querendū est si errauit in iure et in facto simul.
vtrum dicatur bonafidei vel malafidei possessor. quasi magis atre-
di debeat q. proficiat q. q. noceat. argumen. ff. de iure fisci. l. intel-
ligitur. §. si quis palam. e contra videtur q. malafidei q. si magis
consideretur illa de pluribus causis simul concurrentibus que no-
cent q. que proficiunt. arg. ff. ex quibus causis in posses. ea. l. fulcin-
us. §. quid ergo si duas. et ad simile. l. si quis in graui. §. vlti. et l. q.
posthumus. Sed dici potest q. bonafidei reputentur et q. prescri-
bere possit. vt probatur. ff. de dona. l. si vir vxori. et ibi plene notat
ratio autem q. error facti cum errore iuris concurrentes inducit
bonafidei presumptionem et ius oppositum remouet. Sed in. §.
quid ergo si duas. et si quis i. graui. §. vltio. et l. qui posthumus. cō-
stabat de malafidei. et ideo per aliam causam concurrentem que ē
de bonafidei. atq. idem si de malafide non constaret presump-
tionem induceret et non amouet veritas malafidei de q. constat cū in
incertis idem in certis locus sit coniecturis. ff. de verbo. obli. l. cō-
tinuus. l. cū ita. Item queri potest si defunctus habuit malafidei
dem et heres bonam. vtrum bonafides heredis prodesse debeat.
Et e contra si defunctus bonafidei. et heres malafidei. an malafidei. he-
redi nocere debeat. et cū malafidei defuncti noceat hfdi. q. propter
fictionem idēptitatis persone extimat successor viciorum et culpe
defuncti. vt. ff. de diuer. et tēpo. prescrip. l. cū heres. et de pub. l. si
ego. §. partus. videt q. bona. precedere deb eat accedēs male. cū

contrario eadem sit disciplina. et respondet probari. ff. de pub.
l. eū qui. §. in hac actione. et pro empto. l. i. §. si defunctus. Sed ver-
ba regule huius qōnem soluit. q. quocunq. tempore malafides
interueniat ante prescriptionem impedit prescriptionem comple-
ri et propterea siue defunctus siue heres habeat malafidei sequi-
tur q. impediatur prescrip. Possit tamē aliquis dicere de eq-
tate canonica q. si defunctus habuit malafidem et heres bonam.
et vellet heres a se prescriptionem inchoare q. possunt prescribere
in prescrip. rerū que possideri possunt iure cōmuni titulus
non requirit. vt dicto. c. i. §. de prescrip. lib. vi. sicut dicitur de suc-
cessionē singulari volentem a se prescriptionem inchoare. vt. ff. de
acqren. pos. l. pap. §. cū quis. Sed rigor iuris civilis qui p malafidei
dem defuncti malafidei prescrip. in heredem transfundit. vt
dicta. l. cū heres. et in prealleg. §. partus. hoc non patitur. In
decimo et vlti. q. potest an in prescribenda libertate cōtra seruitu-
tem sit necessarius ti. et dicendū est q. non q. fauorabilius est ius
prescribende libertatis cōtra seruitutem q. libertatis prescribēdi
seruitutem. vt. ff. de vsuca. l. sequif. §. vlti. cū igitur in prescribēda
seruitute non sit necessarius ti. vt in. l. si quis diuturno. §. de prescrip-
tio. c. i. multominus necessarius erit in prescribenda libertate cō-
traria seruituti. Item hic est quasi exemplum expressum. ff. de
seruitu. vrba. predio. l. si edes in prin. et ibi nota. Idem.

¶ Sine possessione prescriptio non procedit.

Exemplum

istius regule p. Po-
ne q. emi aliqua m rez
mobilem vel immobilem a quodam nō domi-
no bonafide. tamen possessionem adeptus nō
fui modo dubitatur an vsucapiam vel prescri-
bas. Respondetur q. non q. sine possessione p
scriptio nō procedit. possessione civili vel natu-
rali simul. vel saltem civili non autem naturali tantū si alius ciui-
liter possideret. vt. j. ostendit et large ponitur. vt tam vsucapionē
triennij q. prescriptio. x. vel. xx. anno. xxx. vel. xl. vel etiam magis lo-
geam contineat. licet enim in vera propria significatione prescrip-
tio ad immobilia vsucapio vero ad mobilia referatur tamen le-
gillatores promiscue vtuntur istis vocabulis referendo commu-
niter ad mobilia et immobilia. vt. ff. de vsucapio. quasi per totum et
maxime in. l. iij. et ibi plene nota. Non procedit id est non inchoa-
tur licet aliquando inchoata mediante possessione continetur et
sine possessione vt infra dicitur. Sed opponitur et videtur q.
prescriptio sine possessione procedat certum est enim q. incorpo-
ralia non possidentur. vt. ff. de acquiren. posses. l. iij. in prin. et de
acquiren. rerū do. l. seruus. §. incorporales. et de vsucapio. l. sequi-
tur. §. si viam. et tamen prescribuntur aliquādo spacio. xx. vel. xxx.
anno. aliquando spacio temporis cuius nō extat memoria. vt. C.
de serui. et aqua. l. i. et ij. et de prescrip. longi temporis. l. vlti. et ff.
si serui. vdi. l. si quis diuturno. et de aqua plu. ar. l. i. §. deniq. et l.
i. in prin. cū similibus. Sed dic q. i. incorporalibus est quedā q. si
possessio que illud operat q. operatur vera possessio circa corpo-
ralia q. patet. certū est q. interdum vti pos. non datur alij q. pos-
sidenti. vt. ff. vti pos. l. i. §. interdictum. et tamen sicut datur interdi-
ctum pro tuēda posses. rei corporalis immobilis ita datur pro tu-
enda quasi possessione rerū incorporalium que de numero im-
mobiliū reputantur. vt. ff. de ser. l. penul. et ff. si ser. vendi. l. sicu-
ti. §. aristo. et vti pos. l. si. sicut ergo in incorporalibus non procedit
sine vera possessione. ita in corporalibus non procedit sine quasi
possessione per quod ostenditur hanc regulā omni genere verā
esse. Itē opponitur et videtur prescriptionē sine possessione p ce-
dere. constat enim hereditatē iacentē non possideri. vt. ff. si quis
ex testamento li. esse ius. fue. l. i. §. scevola. et tamen vsucapif. vt. ff.
de vsuca. l. cepta. et l. nūq. §. vacui. et l. iusto. §. nō dū adite. Itē
constat tignū cōiunctū domui nō possideri. vt. ff. de vsuca. l. euz q.
et de acqui. pos. l. qui vniter. in prin. et tamen vsucapitur si tēpore
inventionis pauci dies supererant ad vsucap. cōplendā. vt. ff. de
vsuca. l. rerum mixtura. §. labeo. Sed dicendū est q. sine possessio-
ne non potest inchoari. et ita loquitur regula aliquādo tamen in-
choatur mediante possessione. et ita loquitur contraria. Sed con-
tra hanc solutionem est valde. ff. de vsuca. l. naturaliter vbi dicit
q. perdita possessione interruptitur vsucapio et eius effectus. ergo

non continuatur sine possessione sed dici potest quod illud habet lo cum quando interuenit interruptio naturalis qua mediante possessor possessione priuatur. quod nihil videtur quod in casibus supra dictis possessor possessione priuatur. Sed quandoque iniungit tignu domui. ut. l. q. vniuersas. l. eum qui. Item quandoque moritur quia mors omnia soluit ut in au. de nup. §. deinceps. col. iij. et propterea supradicta non videtur procedere. sed dici potest quod hic priuatur naturaliter possessor possessione actu et habitu. et ideo interruptur priuatur usucapio. in predictis autem casibus id est quando iniungit et quando moritur priuatur actu tantum et non habitu. Sed certe immo si moritur priuatur actu et habitu. quia mors omnia soluit. Sed dicas quod heredem qui est eadem persona fictione iuris. ut. ff. de usucap. l. heres. et in au. diuretur. a. mo. p. apta immediate continuari si non fuerit apprehensa per alium nam si per alium apprehenderetur impediretur continuatio possessionis de functi in persona heredis. ut. ff. de acqui. pos. l. pom. l. que situm de usucap. l. possessio testatoris. et ideo si non fuerit apprehensa per alium et in apta sit immediate continuari pro continuata debet haberi ar. ff. de testa. l. si filius. et in auten. ut ex actione instate dotis prime vel secunde. circa principiu. Et est ratio quare usucapio continuatur possessor defuncto. ut. l. i. l. preal. et patet. ff. qui ex. cau. ma. l. cum miles circa prin. et pro herede. l. i. §. filium. Item opponitur quod constat captum ab hostibus nihil possidere cum ab alio possideatur. ff. de acqui. pos. l. cum heredes. §. in his et tamen usucapit. ut. ff. de usucap. l. iusto. §. ultimo. Sed dicendum est quod non usucapit per se. quod non possidet per se tamen usucapit per alium quem habebat in potestate tempore captus fuit. unde si redeat post liminio videtur omni tempore potestatem continuasse iuris fictione postliminij et eiusdem fictionis virtute usucapit. continuasse et dominium per usucapionem que siuisset. sed ubi possideret per se et capitur ab hostibus perditur possessio. et licet postea postliminio redeat fictio postliminij non extenditur ad possessionem que in facto consistit. et consequenter ad usucapio. que solet ex possessione procedere. ut supra predicta probantur aperte. ff. de cap. et post. reuer. l. in libello. §. facte. et de usucap. l. si is qui. p. emptor et ibi plene no. et ar. qui. ex ca. ma. l. scienduz. et l. denique. et l. nec utile. Item opponitur constat ignorantem possessionem querere cum animus de substantialibus que requiruntur in possessione querenda. ut. ff. de acqui. pos. l. licet et tamen prescribit. ut. ff. p. soluto. l. i. §. cellus. Respondeo et dico quod ignorans nunquam querit possessionem per se. et hoc simpliciter verum est. tamen bene potest ignorans querere ministerio filij vel serui quos habet in potestate et ignorans usucapere. ut in l. preal. Item per procuratorem querere potest possessionem ignorans. sed non usucapere nisi postquam venit in notitia dñi. ut. C. de acq. pos. l. i. et ff. de acq. pos. l. i. §. p. procurator. per negociorum vero gesto. qui caret mandato querit possessionem et usucapere demum post ratihabitionem. ut. ff. acqui. pos. l. comunis. §. procurator. et de neg. ge. l. si ego. Ad hoc querendum est que possessio sit necessaria ad prescriptionem. utrum civilis tantum vel naturalis tantum. vel utraq. simul. Ad cuius declarationem primo est querendum utrum sint due possessiones differentes specie vel una tantum que diuersificetur per precedentia. Jo. dixit quod due sunt possessiones specie differentes. una civilis altera naturalis. Et una tantum. s. naturalis que diuersificatur per accidentia. Et glossatores iuris civilis in C. tenent opinionem Jo. in. ff. maxime in titulo de acqui. pos. tenent opinionem Jo. pro Jo. argui et ostendi potest quod sit duplex possessio. dicitur. n. in. l. q. si possidens fundum naturaliter et civiliter egrediatur de fundo. et peger vadat quod si ego existens est fundum alij egredias fundum in grediens habet possessionem. ut. ff. de acquiren. pos. l. da possidere §. qui ad nundinas cum igitur impossibile sit duos eandem rem eandem speciem possessionis insolidum possidere. ut in eo. ti. l. iij. §. ecotrario. et predicta. l. duo. manifestum est quod due sunt possessionis species. Item argui potest ex eo. §. qui dicit quod ingressus fundum post reuersum non admissum possidet vi et cla. sed violentia et clandestinitas due sunt qualitates contrarie ergo coherere non possunt eadem subiecto. ut. ff. pro suo. l. ancillam. et pro empt. l. i. §. vlti. si coherent diuersis sequitur quod diuersae sint substantie siue species possessionis. Preterea dicit. ff. de vi. et vi ar. l. i. §. deicitur quod datur interdictum ei qui possidet naturaliter ta

tum. Item qui possidet civiliter tantum. quilibet enim illarum possessionum ut ibi dicitur. sufficit ad interdictum unde vi. cum igitur interdictum unde vi. non detur nisi in ratione possessionis. ut. l. i. §. interdictum hoc. ff. unde vi manifestum est quod quilibet illarum est vera una species possessionis per se. Item ibidem dicitur quod naturalis possessio. et pro suo ad interdictum pertinet cum igitur copula cadat inter diuersa manifestum est quod specie differant naturalis possessio et pro suo. quare cum idem sit pro suo possidere et civiliter possidere secundum omnes opiniones. apparet ulterius quod civilis et naturalis possessio sunt due possessiones specie differentes. Item interdictum unde vi datur proprietario et usufructuario. ut. ff. de vi et vi ar. l. iij. §. unde vi. Alterque ergo possidet. quod aliter interdictum non haberet. ut in eo. ti. l. i. §. interdictum h. et §. deicitur in si. cum igitur non possint insolidum eodem genere possessionis possidere et usufructuarius possideat naturaliter. ut. l. naturaliter. et l. possessio. ff. de acqui. pos. certum est quod proprietarius eodem genere possessionis non possidet quo usufructuarius. ut eodem. §. ecotrario. quare cum possideat civiliter apparet quod civilis et naturalis possessio sunt due possessiones specie differentes. Item si ponatur proprietarius et usufructuarius esse extra fundum et extra fundi conspectum haberent ambo eadem naturaliter et civiliter. Item si in fundo ambo haberent eadem naturaliter et sic eadem qualitas possessiones esset apud duos insolidum quod etiam Jo. negat posse contingere necesse ergo habere ponere possessiones plures specie differentes quibus eadem species vel diuersae habent qualitates preterea due possidendi qualitates contrarie in eadem substantia possessionis concurrere non possunt ut ostensum est. Sed civiliter possidere et naturaliter sunt qualitates contrarie possidendi. secundum ea que communiter dici solent. ut. ff. de preca. l. i. et uti pos. l. si duo in p. non ergo concurrunt in eadem substantiam possessionis. si ergo non est eadem substantia naturalis et civilis manifestum est quod non sunt eiusdem speciei quod esse idem in specie. est eadem in substantia et natura. Preterea quaeque sunt eiusdem speciei producant eundem effectum. ergo ad destructionem consequentis que non producant eundem effectum non sunt eiusdem speciei quasi cum civilis et naturalis possessio eundem effectum producant. quod ex civili procedit usucapio ex naturali non ut. ff. de acqui. re. do. l. acquiratur. §. vlti. manifestum est quod civilis et naturalis possessio sunt possessiones specie differentes. Preterea dicitur in l. sicut nulla possessio acquiratur sine animo et corpore ita nulla admittitur nisi in quod utrunque contrarium actum est. ut. ff. de acquiren. pos. l. quemadmodum. cum igitur hoc signum nulla per diuersis in natura videatur negare. Sequitur quod omnes possessiones non sunt eiusdem naturae. quare nec eiusdem speciei. Preterea dicitur in l. pupillus. ff. de acqui. re. do. quod pupillus sine tu. aucto. non potest alienare et illam possessionem que est naturalis. Inuit ergo in hoc quod dicitur quod non est eiusdem naturae naturalis et civilis. ergo nec eiusdem speciei. Preterea contra Jo. est quod civilis et naturalis non videtur ponere differentias accidentales sicut etiam iusta et iniusta. et hoc p. ff. de acqui. pos. l. iij. §. ecotrario. nam ibi in secundo responso ponitur unum posse possidere civiliter et alium naturaliter. et tertio responso dicitur non posse unum possidere iuste et alium iniuste. per quod apparet quod civilis et iniusta. Item naturalis et iniusta non soluz non sunt idem imo nec egpollent. ergo nec ponunt differentias accidentales sicut iusta et iniusta. Si non accidentales. ergo substantiales. ex quo sequitur quod si diuersificant in substantia diuersificant in specie cum esse idem in specie sit esse idem in substantia et natura ut dicitur s. e. Preterea contra Jo. est. ff. de acq. pos. l. iij. §. nerna filius. ubi dicitur me possidere rem mobilem hactenus quatenus posset nancisci naturalem possessionem si possideo et nihilominus postea nancisco naturalem. ergo primo me habuisse aliam distinctam a naturali. et quo sequitur manifeste quod due sunt quarum nulla est altera. per opi. autem Jo. s. una sit tantum que diuersificet per accidentia. arguit sic. Primo quod rub. dicitur de acquir. et amittenda pos. in. ff. Item i. C. dicitur de acq. et reti. inuit ergo quod una est vera possessio. et per duas una spes si cur Jo. dicebat aliter enim non singulariter sed pluraliter loqueretur et confirmatur ista ratio per tex. in p. n. l. i. ff. de acqren. pos. ubi dicitur quod possessio appellata est quasi pedum positio et singularis locutio vno solo supposito contenta est. ergo etc. Preterea per Jo. dicitur in. l. q. si aliquis exeat de fundo a quo definendi possidet et dicit oes

possessionem videtur q̄ vna sit subā possessiōis cui diuerse inbe-
reāt q̄litates sicut dīzo dicebat. vt de acq. pos. l. iij. §. i. amittēda.
z. l. si quis. §. dīa. **C** Preterea aut in vna ē spēs possessiōis tātū
aut plures si vna a zo hz ppositum. si plures tūc unus pōt habere
vnā. alius aliaz. z. sic p̄tigit q̄ eadē res sit a diuersis simul z. semel
insolidū possessa q̄ ē cōtra. l. iij. §. ex cōtrario. de acq. pos. Item
sequeret q̄ ex qualibet specie pcederet usucapio. z. sic sequeret
duos insolidum dīuiz q̄rere q̄ est cōtra. l. si ut certo. §. si duob⁹
ff. cōmo. **C** Preterea pro a zo. est. §. qui ad nūdinas. i. si. si bñ in-
spiciat. nā fm uerba tex. p uiolētā supūciētē remouet clādesitas
f. pcedēs q̄re cōtrarie q̄litates z. illud cōtingit ideo q̄ due p̄rie
q̄litates nō p̄patunt. sed circa eandē possessiōē ut dictum est. si
enī eēt possessiōes diuerse. p̄ma qualitas. i. clādesitas p̄tra
vnā. i. naturalē. secūda uiolētā p̄tra aliā. i. ciuilē deprehēderef
z. per hoc patiunt se simul. nec vna per aliā tolleret. Sed itelligē
do tex. sicut in p̄ncipio. gl. intelligit nō pcedit. z. p̄terea p̄ a zo. ē
iusta uel iniusta sunt differētie accidētales possessiōes fm oēs nō
substāntiales. sed iusta dī ciuilis. iniusta dī naturalis. ff. uti pos. l.
si duo. in p̄n. ergo z. ultimo sequitur q̄ ciuilis z. naturalis nō ponit
differēntias substāntiales. sed accidētales solūmodo. sic non sunt
spēs differētes. **C** Preterea p̄ a zo. est q̄ nulla possessiō sine aīo
perditur. ut ff. de acq. pos. l. quēadmodum. de reg. iur. l. fere q̄
buscūqz. Sz cōstat vnā solam possessiōē absentē retinere fm
oēs. vna sola possessiō z. nulla p̄ditur. q̄ in nulla ē aīus p̄dēdi ne
cessario sequitur vnā solam eē. **C** Preterea p̄ a zo. est q̄ q̄cunqz
hnt eadē diffinitionē ergo sunt eadē in substāntia. Sed natura-
lis z. ciuilis eandē habent diffinitionem secundum Jo. ut not. ff.
de acq. pos. l. i. in prin. ergo ciuilis z. naturalis sunt eadē in sub-
stāntia. ergo in specie. Sed ad istud dici pōt q̄ describuntur si-
mul respectu cuiusdam tertij in quo conueniunt. z. ideo nō sequi-
tur q̄ sint idem in substāntia. sicut nec sequitur homo z. asinus ē
animal ergo homo est asinus. sunt idem in substāntia. Solutio
tutius z. probabilius est tenere opi. Jo. q̄ tex. ponit ciuilem z. na-
turalem possessiōē z. duas species coequas. ff. pro herede.
l. iij. §. q̄ vulgo. z. confirmatur in. d. l. iij. §. nerua filius. ff. de acq.
pos. Et ad argumēta contraria facile ē respondere si quis dilige-
ter inspiceret. Dico igitur reassumendo questionem premissam:
q̄ ad p̄scriptiōem est necessaria ciuilis z. naturalis possessiō.
uel saltem ciuilis sola siue naturalis. Nam q̄ sufficiat ciuilis so-
la probatur quā. l. cauetur q̄ absens quem constat solam ciuilem
possessiōē animo retinere possidet quantum ad hoc ut usuca-
pio continetur. ut ff. de fur. l. serui z. filij. §. ult. z. de diuer. z. tem.
p̄scrip. l. in accessione. de acq. pos. l. i. §. per seruum qui in fu-
ga. Item q̄ naturalis sola non sufficiat ad p̄scriptiōem p̄ba-
tur primo per textum. ff. de acq. re. do. l. acquiruntur. §. ul-
timo z. ad exhibendum. l. celsus. §. iu. de acq. pos. l. i. §. per euz.
Item probatur per arg. necessarium cui non potest commode
respondere si non is qui ciuiliter tantum possidet z. usucapit q̄
est uerum. ut. d. §. per seruum qui in fuga. z. d. l. serui z. filij. §. ul-
ti. abesset uel presens esset. z. p̄scriptiōem continuaret: sequere-
tur q̄ si ex naturali possessiōē sola procederet p̄scriptiō q̄ si eo-
dē tēpore naturaliter possideret z. bona fide q̄ duo quererēt in-
solidum dominiū eiusdē rei eodē tempore q̄ non ē de iur. pos-
sibile. ut. ff. commo. l. sint certo. §. si duobus uehiculum z. de ca-
strē. pecu. hereditate. §. pater. z. de reg. iur. l. quod contra. §. uni-
duo. **C** Sed potest instari q̄ fm hoc nunquam p̄scriptiō con-
tra absentem procederet q̄ p̄tra possidentem p̄scriptiō nō cur-
rit. C. de p̄scrip. xxx. an. l. ij. Item tēpus non est modus perdē-
de possessiōis ut. ff. qui. mo. usuf. l. si mulieri. ergo p̄tra absen-
tem ciuilem possessiōē animo retinentem nūquam p̄cedit p̄-
scriptiō. Fateor q̄ contra ciuiliter possidentē d̄scrip. non p̄ce-
dit. Item fateor q̄ tempore tantum non est modus perdēde
possessiōis. tamen iure cauetur q̄ tempore est modus inducē-
di obliuionē z. obliuio ē modus iducēdi d̄spōem animi. z. d̄spo-
sitiō animi ē modus p̄dēdi possessiōē. ut legif. z. no. ff. de usu-
ca. l. furtū. §. fūdi. Et p̄terea dico q̄ si ciuiliter possidens neglex-
erit naturalē possessiōē p. x. an. uel ultra q̄ illa negligentia circa
possessiōē naturalem priuat eundem possessiōē ciuilem. sicut
alias cauet in iur. q̄ negligentia commissa in adipiscēda uel recu-
peranda possessiōē naturalē inducit amissionem ciuilem. ut. ff.
de acq. pos. l. iō. §. si forte. dico ergo q̄ diu abis retinet ciuilē pos-

sessiōē nō ichoat p̄scriptiō duplici rōne. **C** Prima q̄ cōtra
possidentē ciuiliter nō p̄scribitur. ut. d. l. ij. C. de p̄scri. xxx. an. **C** Se-
cūda rō q̄ qui ciuiliter possidet p̄scribit. ergo alius nō p̄scribit
eodē tēpore ne plures simul insolidū q̄rerēt ut dictū est. Sz ex quo iu-
ris p̄sumptōe possessiōē ciuilē p̄diderit p̄ obliuionē super ai-
dispositōē que ex obliuione p̄cedit p̄ absentē lōgī tēpore ex nūc
inchoat p̄scriptiō cōtra eū z. hoc voluerūt glo. iuris ciuilis aliq̄
liter dicere. l. nō plene. C. de ser. fug. l. i. p̄ quod p̄z q̄ ad p̄scri-
ptiōē est necessaria ciuilis z. naturalis possessiō sit. uel ciuilis so-
la. naturalis aut sola nō sufficeret eo cāu quo ponerem aliū ciui-
liter possidere. ut. s. ostensum est.

C Idem Bonifacius.

C Peccatū non remittitur nisi restituatur ablatum.

I rem meam ^{surripuisti. vel violen-}
ter abstulisti vel aliud

a me extorsisti per vsurariā p̄auitatem non remit-
titur tibi peccatum. z. p̄ter nec pena peccati nisi re-
stituatur rem ablatam. z. hoc intendit hec regula z
probat. s. de vsur. c. cum tu. z. de cens. c. secūdo

Nisi ponitur sicut in. c. proxi. ff. de ven. in pos. l. extraneo. z. de fe-
rijs si feriat. z. de custo. re. l. ij. §. si. Aliq̄ autem reperitur quod
negat seu priuat. Et. C. de transac. l. iij. z. ff. de reg. iur. l. quo tu-
tela. in p̄n. Et ideo dicendum videtur q̄ ubi p̄cedit oratio nega-
tiua dicitio nisi ponit. ut. d. l. extraneo. z. l. si feriat. z. l. ij. §. vlti. z.
de aur. z. ar. le. l. titia. z. in hoc. c. z. seq. sed ubi p̄cedit affirmatiua
tunc negat seu priuat. ut. d. l. quo tutela in p̄n. ff. de diuer. p̄-
scrip. l. accessione. §. vlt. z. ad tur. l. i. §. pe. z. de iure fis. l. iij. §. mul-
torum. z. §. vlt. in. l. non possunt. **C** Sed cōtra hoc videtur. ff. de
re. iur. l. nemo ex his. in princ. z. nō ponit. tamen negatiua p̄cedit
Sz illa negatiua equipollet affirmatiue. z. ideo dicitio nisi priuat
sicut ubi vera affirmatiua p̄cedit. **C** Item cōtra predictam solu-
tionem videtur. ff. de manu. testa. l. ticio. §. vlti. ubi videt p̄cede-
re negatiua. z. tū dicitio nisi nō pōt sed ibi negatiua nō p̄cessit sz
secuta fuit. z. ideo nō videtur habuisse aīum cōcedi libertatē. sed
poti⁹ impedidit. z. p̄pter illam p̄sruptionem animi impedidit im-
pedidit datio libertatis. ar. ff. de adimē. le. l. legata inutiliter. z. d. di.
z. demō. l. cū tale. §. vltimo. **C** Restituatur. ergo a cōtrario si resti-
tuatur ablatū remittitur peccatū. cū ar. a cōtrario sensu sumptuz
sit lex. ut. ff. de testi. l. ex eo. z. de testa. l. qui testō. §. mulier. Et cuz
sublata causa finali alicuius rei. tollat effect⁹. ut. ff. de dolo. l. ij. §.
vl. z. l. eleganter. in p̄nci. z. de excep. rei iudi. l. ij. z. de adimē. le. l.
alūne. §. ab heredib⁹. z. s. de p̄eben. z. digni. c. si pauper clericus
li. vj. cū ergo delictū sit cā finalis pene ipōndē q̄ p̄z. q̄ ubi nō est
delictū nō d̄z esse pena. ff. de ver. si. l. aliud. §. multa. C. de pe. l.
fancim⁹. bene sequit q̄ restituro ablato. z. sic reducta cā ad non
cām remittit peccatū. Sz cōtra hoc apte. ff. de furtis. l. q̄ ea mēte
z. vi bono. rap. l. penul. ubi restituta re sublata z. violēter ablata nō
remittit peccati pena. Sz illud fm originem iuris ciuilis. fec⁹ au-
tem de equitate iuris canonici q̄ diuinū imitatur. Queri aut for-
let si fur vel raptor. vel vsurarius hz facultatē rei restituēde etiaz
si fiat eius remissio absqz eo q̄ restituat rem. an itelligatur a pec-
cato solutus. z. qdaz dicunt q̄ sit absolutus quia soluere z. cōseq
remissionē eius q̄ erat soluendum paria sunt. ff. de re iudi. l. iij. §.
soluisse. z. l. intra dies. z. quā satisfactū accipimus per euz modū
quē credito acceptauerit ut. ff. de actionib⁹. si rem. §. satisfactuz
autem. quibus modis pign. vel hypo. sol. l. item liberaf. in prin:
C Alij dicunt q̄ nō liberaf quibus verbis regule inherenduz est
in dubio cū de peccato agatur. Restituere autem est rem in pri-
mo statu reponere. ut. ff. de vsuris. l. videamus. §. i. fauiana. z. ne
quid in loco publico. l. ij. §. vt restituz inquit. z. de verbo. signi-
fica. l. cum pretor. z. l. plus est in restitutione. z. l. restituēf. **C** Nō
absurdum tamen dici potest q̄ si res erat restitutiōi parata per
inde acti res esset restituta z. postea per eum cui restitutiō facta
fuit donatio sit restituenti. arg. ff. de dona. inter vir. z. vxō. l. iij.
§. sed si debito: z. §. vlti. z. de iure do. l. vir ab eo z. ff. si cer. pe. l.
singularia. circa si. z. de solu. l. pecunia. de rei vendi. l. hoc si res
alias non potest itelligi proprie facta restitutiō cum quantū ad
propriam significatiōem v̄borum aliud sit remittere aliud re

fituere vt dictū est. sed si nō habz facultatē rei restituēde. tūc es-
 set sibi ipossibilis restitutio: z tūc sine restōne absoluef: q: nemo
 pōt ad ipossibile obligari. vt infra eo. c. nemo pōt. z ff. de regul.
 iuris. l. ipossibiliū. z q: ipsa nō habēdi necessitatē videt excusa-
 ri. vt. ff. de mu. z ho. l. circa. §. inopes. **C**z forte sūm rigore iuris
 ciuilis nō eēt excusat. q: naturalis ipossibilitas nō psonē difficul-
 tas dōbitore excusat. vt. ff. de h. obligatiōe. l. cōtinu. §. illud. Sed
 mihi videt q: etiā sine rigore iuris ciuilis possēt excusari. multum
 enī refret vtrū sit in obligatione datio vel factū. nā sicut i obliga-
 tione datio difficultas psonē excusat dōbitore. vt in. §. illud.
 Sed vbi est in obligatione factū psonē casus ptingēs i psona
 dōbitore excusat siue factū debeaf ex dōtu siue ex pmissiōe i iudi-
 cio facta. **C**De dōtu patet. ff. ad. l. ro. de iac. l. vl. §. pe. **C**De iu-
 dicio. si q: cauti. l. si is. **C**Uex est q: glosatores iuris ciuilis disti-
 gunt inter iudicia z dōtus. z nihil est. q: idē z inter vtroq: quan-
 tuz ad hoc. vt in. l. pal. cū ergo rem restituere sit factū sicut rē tra-
 dere. vt. ff. de h. ob. l. vbi aut nō apparet. §. q id. z. l. stipulatiōes
 §. idē puto segtur impedimentū supueniēs in personā dōbitore
 q: restitutionē ipossibile facit dōbitore excusat. nisi culpa pces-
 serit casuz. q: tūc nō excusat. ppter casuz. vt. ff. so. ma. l. etiā. §. l3.
CItē nisi delinqret sub spe venie consequēde q: tūc videt cul-
 pa casuz pcedere. z iō excusari nō debeat ar. ff. de dam. infec. l. flu-
 minū. §. item apud. z. §. seruus. z. §. idēz seruus. z de act. z ob. l. i.
 §. is quoq: z cōmodati. l. in reb. §. qdautē. **Idem.**

CPeccati venia non datur nisi correcto.

Ec regula recordat cū prima pcedē

b ti. q: sicut in pcedēti non
 remittit peccatū nisi restituaf ablatū. ita z hinc nō
 remittit peccatū nec peccati pena nisi iterueniat
 mētalit correctio. i. animi penitētia z cordis cōtri-
 tio. **H**is enīz interueniētibus daf peccati venia. **C**Sed q: rīf
 iure canonico pp solā penitētia. i. cordis cōtritionē daf peccati
 venia. z nō d iure ciuili vt. ff. d. edi. edic. l. qd sit fugitiuus. z d fur-
 tis. l. q ea mente cū similit. **C**Res pōtio ē aperta. q: ea q: facilius li-
 gant facilius dissoluūt seu q: facilius dissoluūt seu q: facilius ligā-
 tur facilius dissoluunt. vt. ff. e. l. nihil tā naturale. z. l. fere. z d sol.
 l. put. q: q: z de rescin. ven. l. emptio. **C**ōstat aut q: iure diuio fa-
 cilius q: ligaf q: ex sola mētis cogitatione si mō fuerit huius p-
 positi q: actione data id q: cogitauit cōmissurus sit. ff. d. ver. sig.
 l. fugitiuus. z iō per dria animi penitētia z cordis cōtritionē cōse-
 quif remissionē peccati z pene p peccato ipōnde. **C**Iure autē
 ciuili per solā animi cogitationē ad actū nō pcedentē penā non
 meref. vt. d. l. fugitiuus. z de penis. l. cogitatiois. z iō sola cordis
 cōtritionē veniā nō cōsequif. **C**Correctio. i. penitēti z cordis cō-
 tritionē habenti correctio. n. triplex reperif. vna sūbalis alia rea-
 lis. tertia mētalit. tamen nec verbalit nec realit possidēt nisi mē-
 talit interueniat quo ad deuz cum ad cor: tm respiciat deus z q-
 tum ad peccati cōmissionē z quantū ad cōmissi remissionē cōse-
 quendā. **C**Iura vero ciuilia quantū ad cōmissionē considerant
 factuz concurrēns cum animo z nō factū tm sine animo. q: volū-
 tas z pposituz maleficiā distingunt. vt. ff. de iniur. l. qui in iure. et
 de sic. l. infans. z. l. diuus. nec animum sine facto. vt. d. l. fugitiu^o
 z. l. cogitationis. **Idem.**

CNemo potest ad impossibile obligari.

I promitto alicui dare qd est ipossi-

b bile d natura dari vt so-
 lez lunaz z stellas nō obligo. vt. ff. de verbo. obli.
 l. si stipuler. ij. responso. **C**Item si promitto face-
 re id qd est ipossibile de natura fieri. vt celuz di-
 gito tangere vt celuz ascendere. vt. d. l. stipuler. ij. responso.
CItem etiā si pmitto id qd est ipossibile de facto vt mōtes al-
 pium ultra mare deferre. ar. ff. de statu. li. l. cūz heres. §. i. **C**Itē
 si stipulo: id qd esset ipossibile de iure z rem sacraam mihi dari
 vt insti. de verbo. obli. in prin. z. ff. de verbo. obli. l. inter stipulan-
 rez. §. sacraz. z. l. si stipuler. §. item q: leges. **C**Item dicit ergo regu-
 la dicere q: nemo potest obligari. ad id qd de natura vel d facto

vel de iure est ipossibile. z hoc in dōctibus. idē in vltimis volun-
 tatiibus. q: nec auctoritas vltimē volūtatis q: excedit auctoritatē
 dōctuum vt. ff. e. l. in testamētis. pōt ad ipossibile aliquo de pze-
 dictis mōis obligari. ar. ff. d. le. l. i. si q: iqlinos. §. vl. z. l. sūo alie
 no. §. vl. z. l. apd iul. §. pstat z de cōdi. insti. qdā. z. l. fili. z. l. q sub
 cōditioe. **C**Et idē i sentētijs z pceptis. nā nec auctoritas snie
 nec pcepti pōt aliqūe ad ipossibile obligare. vt. ff. que snie si
 ne ap. re. l. vlti. i. z. iij. rīso. **C**Itē in cōfessionibus q: cōfessio conti-
 nens ipossibile de natura vel de facto vel de iure nō est obliga-
 toria. vt. ff. de inter. act. l. confessionibus. §. in totū. z ad. l. aquil.
 l. inde neratius. §. vlti. **C**Unquid autē legis auctoritas potest
 ad ipossibile obligare. **D**icenduz est q: non q: lex debet eē pos-
 sibilis z honesta. als p: non lege est habenda vt in. c. erit autēz
 lex. iij. distinc. **C**Est ergo effectus istius regule generalis. v3 vt
 nec auctoritate contractus vel vltimē voluntatis. nec sententiē.
 nec pcepti. nec confessionis. nec legis. quod possit aliquis ad
 ipossibile. obligari. saltē ciuilit. **Q**uia huius obligatiōis ef-
 fectus per canones z per leges improbat. vt hic. z. ff. eo. l. im-
 possibiliuz. **C**In autēz saltē naturalit obligetur ex vigoze con-
 tractus vel vltimē voluntatis ipossibilitatez continētis q: p:ia
 facie videtur q: consensus adest ergo naturales obligatiōes pa-
 rit cum nascatur ex conuentione seu consensu. vt. ff. eo. l. cūz am-
 plius. §. is nā d3 z de sol. stichū. §. naturali. **C**Ecōtra videt mi-
 hi q: naturalit etiam non obligatur. **C**Primo q: consentire
 non videtur super re ipossibili scienter contrabendo vel dispo-
 nendo. vt. ff. de act. z obli. l. non solum. **C**Secundo quia si igno-
 ranter cōtrabat alias disponat credens possibilez que erat ipos-
 sibilis. videtur error adesse. igitur z consensus abesse. vt. ff. d. iur.
 om. iudi. l. si per errorem. z. ff. de iudi. l. ij. z. de aqua plu. arcē. l. si
 heres. z. c. de iuris z fac. inno. l. cum testamentum. z. l. non ic-
 circo. ergo deficiente consensu non contrahitur obligatio natu-
 ralis que solet ex consensu procedere. **I**tem quia in regula iuris
 ipossibilitium nulla est obligatio posita. ff. eodem pōtur signuz
 vniuersale negatiuum z posito q: ponentur in definita equipol-
 ler vniuersali cum in qualibet specie vniuersali impediēte sit ea-
 dem ratio. vt. ff. de leg. ij. l. si pluribus in prin. z. l. si ita relictuz
 z dicituz est supra in glo. rubrice. **C**Sed opponitur z videtur q:
 quis possit ad ipossibile obligari z q: ipossibilitas non red-
 dat obligationem inutilem. Sed reddit eandem d presenti pu-
 ram z utilem. ff. de condi. insti. l. prima z de condi. z demon. l. ob-
 tinuit cum simi. **C**Sed dicenduz est q: aut ipossibilitas adij-
 citur in modum conuentionis in contractibus vel dispositionis
 in vltimis voluntatiibus aut in modum conditionis. Si in modū
 conuentionis vel dispositionis verbi gratia quia promitto ut le-
 go rem que ipossibile est dari. z tunc ipossibilitas ipedit oēz
 speciem obligationis contrahi z ita loquitur regula hic. z. ff. co-
 titu. l. ipossibilium. z de verbo. obliga. l. si stipuler. ij. iij. z. iij. re-
 sponso. **C**Si in modum conditionis. verbi gratia quia pfo-
 mitto uel lego si celum ascendas uel digito tangas. z tūc aut ista
 conditio ipossibilis ponitur in contractibus aut in vltimis uo-
 luntatiibus. Si in cōtractibus aut affirmatiue aut negatiue. si af-
 firmatiue ut quia promitto si celum digito tangas reddit cōtra-
 ctum inutilem. si negatiue ut q: promitto si celum digito non tā-
 gas ualet contractus. z quia affirmatiue est ipossibilis. ideo
 negatiua quia eius contraria est possibilis z necessaria facit con-
 tractum de presenti ualere si obligationem parit. ut. ff. de ver-
 borum obligatione. l. ipossibilis conditio. z ita debet intelligi.
 ff. de actio. z obliga. l. non solum. **E**t patet aperte insti. de inutili
 stipulatio. §. sed ipossibilis. Sed in vltimis voluntatiibus si q:
 dem negatiua idem q: in contractibus. Si affirmatiua aut erat
 omni tempore ipossibilis. aut a prin. ipossibilis. **C**Primo
 casu si erat adiecta i persona onerati. idest eius cui aliquid i re-
 stamento ascriberetur. z tunc habetur pro non adiecta z reli-
 cta ualet ut patet in dicta. l. optinuit. de conditioe z dmonstra.
 l. prima z de conditio. insti. z ibi nota. **C**Si in persona onerati.
 idest eius cui onus prestationis in vltima uoluntate imponitur
 ut damno heredem. x. dare si celum digito tangat. tunc reddit i
 utilem. ut insti. d. liber. §. vltimo. **C**Sed si erat ab initio possi-
 bilis z est postfacto deuenit ad ipossibilitatem relictum z sola
 ipossibilitas remouetur. ut. ff. de lega. i. l. si mihi. z. §. si quis s.
 uos quid autem si in conuentione appōatur aliquid. z si id non

fiat def pena quā possibilis est prestari an salte obligatio contra hitur in pena verbi gra pmitto dare hominē mortuū z si nō de dero pmitto. x. noie pene. z homo postea moriat an morā. Glo fatores iuris ciuilibus aliquādo determinant z male q̄ pena pmit titur p. l. de vbo. ob. l. in illa stipulatione. si calēdis. aliquādo de termināt. z bene q̄ stipulatio nō cōmittat ad penā de vbo. obli. l. si homo mortuus. z in illa stipulatiōe. vbi nihil facit ad pposi tū q̄ ibi incipit stipu. penalis precedēti cōuentiōe. z ideo iteritu illius rei que nō est in obligatione nō potuit liberari. pmissor. sed in pposito incipit a precedēti cōuentiōe. z ideo si res sit interem pta. a pn. pena nō d̄z cōmitti. q̄ rei impossibilis fuerat adiectio

CItē si moriat post promissionē z ante morā nō cōmittit pena q̄ iteritu rei que in obligatione erat cōtingente. an pmissio an pmissionis morā expedit a pene pmissione. vt. d. l. si homo mor tuus. z ibi no. Sed hanc determinationē videtur. ff. de noxa. si ad libertatē. §. si q̄ nā z ibi vnu nō erat in obligatione. s̄z ex timatio dāni. vt. ff. de re iu. l. miles. §. x. z tū eius iteritu cōtingit liberatio. sed ibi ē in obligatiōe extimatio pp delictū sui sicut g° delictū morte serui delinquentis extinguit ita z obligatio delictuuz occasione contracta. **Idem Bonifacius.**

CPræiudicium personale personā sequit̄ z extinguit cū psona

Stest poni Exempluz huius regule

Pto vt cōdemnet̄ inquantū facere pōt deducto ne egeat. Naz personā mariti sequit̄ z cū psona ma riti extinguit. Et iō heres mariti extrane° in soli dum condēnatur nō habita ratione ne egeat. vt. ff. so. ma. l. ma ritum. z. l. se. d. re. iu. l. si fideiuf. §. si maritus. z in l. sciendū. Idē in pūilegio psonali q̄ daf p̄ri z patrono z militi vt condēnent̄ i quantū facere possunt. vt. ff. de re. iu. l. sunt q̄ in id. z. l. psonus. z l. item miles. q̄ psonā seqtur z cum psona extinguit vt. ff. d. reg. iur. l. pūilegia. z. l. in oibus z de cēsis. l. eratē. §. vlti. sed opp. z videtur pūilegiū personale cū psona nō extingui sed ad suc cessorē transire. cōstat. n. beneficiū restitutionis q̄ daf minoz p sonale esse q̄ sic pbatur. omne beneficiū reale. pueniens ex per sona rei p̄ncipalis cōpetit fideiussori. Beneficiū autēz personale pueniens ex persona rei ad fideiussorē nō extendit. vt. ff. de ex cep. l. exceptiōes q̄ persone in pn. z. §. ref. vero. sed beneficiuz re stitutionis in integrū cōpetens minoz z nō deceptio aduersarij dolo nō cōpetit fideiussorē eo casu quo creditor est habiturus regressuz s̄ aliuuz. vt. d. l. exceptiōes que psona in fi. vt. ff. de mio. l. in cause. z. C. de fideiuf. m. l. i. z. ij. ergo sequit̄ ipsuz psonale eē z tū iure cauet q̄ nō extinguit cūz persona sed ad heredes tran sit. vt. ff. de in integrū resti. l. non solum z de mino. l. minoz ānis. §. non solū. z. l. interdū. z. C. d. temp. in integ. restitu. pete. z. l. ea que ergo videt̄ regula falsa. Idē in beneficio vell. q̄ cōpetit mu lieribus p alijs intercedētibus. z q̄ ip̄z psonale z tū cū persona nō extinguit s̄z ad heredes transit vt. C. ad vel. l. heredes. s̄z dicē dum est q̄ aut psona est p̄xima z imediata cā bñficiū psonalis. vt p̄z in marito patre patrono z milite de q̄bus supius dictum ē z tunc bñficiū personale cū psona extinguit vt hic. z. ff. eo. l. pū ilegiuz. z. l. in oibus. aut psona nō est p̄xima z imediata cā. sed lesio vt ē videre in psona minozis q̄ in inte. resti. petit sibi. n. l. nō cōcedit̄ restitutio l. p̄bet se minozē nisi p̄bet d. lesione. Tū lesio est p̄xima cā restitutōis cū psona minozis. vt p̄bas. ff. de iure im mu. l. nā postea. §. si minoz. z d. mino. §. nō semp. z. l. nō oia. z tūc beneficiū psonale nō extinguitur cū psona. vt. d. l. nō solū. z. l. in terdū. Ratio autē predictoz est apta. q̄ p̄mo cāu exticta psona extinguit cā finalis pūilegij cōcedendī. z iō extinguit pūilegiū in secūda psona extincta nō extinguit cā finalis. z iō pūilegiuz nō expirat iuxta regulāz q̄ cauetur cessante cā finalis cessat esse. z nō cessante cā datur effectus. vt. ff. d. do. l. ij. §. vl. z. l. gene raliter. Altiō loco circa materiā regule pōt plene distigui. Quia aut pūilegiū cōceditur psona aut cōcedit̄ rebus. aut generi p sonarū. aut ciuitati vel loco aut concedit̄ cause. **C**Primo casu aut psona est p̄xima cā pūilegij cōcedendī. z tunc cū psona extin guit pūilegiū. vt. ff. so. ma. l. maritū. z. l. se. de re iu. l. scienduz. z l. si fideiussor. §. si maritus. z. C. d. excu. mu. l. maxiaruz. l. x. z ibi no. z de iur. imu. l. i. §. psonis. z hic. Aut vna psona ē cā remota

z alia p̄xima. z tunc pūilegiū nō extinguit cū psona. vt. ff. de in i te. resti. l. nō solū. z de mino. l. minoz aut. §. si. z. l. se. z. C. de tēp. in inte. resti. pete. de. l. ea que. z ad vel. l. heredes. Secūdo cāu. i. q̄n pceditur rebus trāsit ad successorē in eandē rē siue succedat titulo vli. siue ti. singulari. vt. ff. de aq. co. z est. l. i. §. p̄mittit. z de cē. l. eratē. §. rebus. z ar. ff. d. f. vt. p̄. via. §. quecūqz. Tertio ca su quādo pceditur generi psonarū hoc exp̄sso vel exp̄sso vel itel lecto q̄ ad posteros trāsseat succedētes p lineā masculinā. nō āe ad descēdentes trāsuit. vt. ff. de iu. imu. l. i. §. vl. z. l. imunitates. z de mu. z ho. l. vacatiō. In quarto cāu. i. q̄n pcederet ciuitati vt loco cum semp idē p̄pls videat. vt. ff. de iudi. l. p̄ponebat. ita cō cedi v̄f q̄ ad oēs in eadē ciuitate vel loco successiue inhabitātes p petuo extendat. vt. ff. de cē. l. forma. §. q̄. Quinto cāu. i. q̄n cō ceditur cāe. vt est videre in cā depositi z similibus nō extinguitur cum persona sed transit ad quoscūqz successores. vt. ff. e. l. in om nibus. z. l. pūilegia. **Idem.**

CSemel malus semper presumitur esse malus.

Exemplum Huius regle sumi pōt ex

e l. si cui. ff. de accu. §. his dem vbi dicit q̄ q̄ calūniatus fuit in accusatiōe p̄ ma calūniari p̄sumetur et in secūda. Idē ex. l. non oēs. §. a barbaris. ff. d. re mili. vbi d̄f q̄ si miles ma le se h̄z in militia nō est ei plus credēdū q̄ nō est verisimile q̄ i fu turū bone se h̄eat. **C**Ex q̄bus legibus p̄gredit̄ ista regula gñā lis q̄ semel malus semp p̄sumit̄ malus. Et istius regule z exem plorū eius rō est gñālis q̄ de p̄terito p̄sumitur in p̄nti. C. de pro ba. l. siue possidetis. z ad exhi. nō ignozabit. Sed h̄ regulā z exē pla v̄f presumptio iuris z nature. q̄ qlibet p̄sumit̄ bonus nisi p betur malus. vt. C. d. in offi. te. l. oio z. ff. de le. ij. cū qdā. z. l. cū pa ter. §. rogo. Sed dic q̄ accidēs nature p̄riū remouet effectū pre sumptōis nature. z iō ex pte accidētis nature p̄riū semp iudica ri d̄z tanq̄ cōstitat̄ in q̄si possessiōe militie q̄ pcedit ex illi° mali tie actu accidētis nature p̄riū. Quia qlibet res fm p̄ntē statū v̄z vel ex p̄cedētibus vel p̄ntibus p̄sumptū iudicat̄ siue sit accidēs nature p̄riū vt fuitus. vt. ff. d. lib. cā. l. si cui. §. l. z. l. liberis. §. pe. z. C. de suis expo. l. moueoz. z de ige. z ma. l. pe. z. s̄. d. sen. ex. c. si iudex. l. vi. Siue accidēs fm naturā z etatis incrementū. z lib tas psona. vt. ff. d. mino. l. minoz. xv. an. ex aspectu. z. C. d. testa. l. i. z d. sen. l. si arbitris. z in sti. d. testa. §. testes. Siue p̄ter naturam vt dignitas z p̄ditōis psona vilitas. vt. ff. d. offi. p̄to. l. barbari°. z locati. l. si ignozās. z d. iniur. l. itē apud. §. si q̄s v̄gines. **C**Sz op. q̄ cū nature p̄sumptio scit̄ qlibet bonū eē vt dictū est. p̄sumptio aut malitie pcedit ex actib⁹ nature p̄riū. ergo magis seq̄ ōz p̄su ptionē h̄z naturā q̄ nature p̄riū q̄ h̄similiorē z in dubijs verisim iliora seq̄nda sūt. vt. j. e. inspicimus in obscuris. z. ff. d. re. iur. l. semp in stipulatiōibus. z de testi. l. ob carmē. §. si testes. Sz dicē dū v̄f q̄ posteriora poribus derogāt. vt. ff. d. adimē. le. l. iij. §. vlt. z d. iure codicil. l. diui. §. l. z iō potius stādūz est p̄sumptōis p̄na turā ex posteriorib⁹ p̄cedentes. q̄ p̄sumptōis nature precedente. **C**Itē oppo. q̄ si d̄ natura ē quelibet bonū eē ergo est imutabile vt in sti. d. iure na. §. h̄z naturalia. z d. capi. di. l. eas obligatiōes er go p̄ actus h̄sequētes nō est possibile tolli. Sed dicēdū v̄f q̄ q̄ dā pcedunt ex necessitate seu ex qdā necessaria p̄stitutōe iuris na turalis. z illa sūt imutabilia. vt in p̄riū. quedā h̄o ex p̄sumptiōe vt aliq̄e bonū esse z illa tollūt̄ p̄ facta p̄ria p̄sumptōis nature. q̄ in incertis nō in certis locus ē cōiecturis. vt in. l. cōtinuus. §. cū ita. ff. d. h̄. ob. **C**Itē opp. q̄ q̄ oli fuit in possessione vel quasi ali cuius rei nō p̄sumitur eē hodie. vt plene d̄terminatur. C. d. p̄ba. si ue possidetis ergo q̄ olim fuit in actu q̄si possessiōis malitie non d̄z p̄sumi eē hodie. Sed dicēdū ē q̄ malitie vitiū cōnexū est p̄ sone cōmittētis malitiā. z iō p̄sumendū ē q̄ semp p̄mitteret p̄so na. Possessio aut alterius rei nō coheret p̄sone. **C**Et iō non ē p̄sumendū psonā comitari. Sed h̄ est q̄ aliter alterius rei pos sessio vel quasi p̄sone coheret q̄ aio cū corporeo actu q̄ritur. ff. d. acq. pos. l. iij. ij. r̄i. z. l. quē admodū. z aio sola retinetur. vt in. e. l. iij. §. in admittenda. z. l. clā possidere. §. q̄ ad nū d̄inas. z. l. si id §. qd̄ aut. Quare ergo magis p̄sumitur animi p̄seuerātia in cōti nuatiōe maloz m̄ ōz. q̄ in p̄tinuatiōe possessiōis vel q̄si alterius rei. z si dicatur q̄ possessio z q̄si possessio cōsistit in reb⁹ sepatis a

corpore possidētis et q̄si possidētis. Continuatō vero maloz mox
 cōsistit in animo. vt. d. §. in admittēda. in pn. z. C. de ag. pos. l. lz
 sola animo. lz res possessa. z q̄si possessa ex corp⁹ z aiuz discernat.
C Itē z viciū cōsistit in aio. vt. ff. de edil. edi. l. ea que. §. animi. d.
 hoie tñ p̄sumit p act⁹ extrinsecos z ex animū declaratos. vt. C. de
 iniur. l. si nō cōuicij. z de fica. l. i. §. i. de tu. z cu. da. ab hie. l. his q.
 §. diuus pius. z ar. de cōdi. insti. l. qdam. Sed mibi v̄ q̄ rō sit qz
 possessio auferri p̄t facto alteri⁹ et sine p̄sensu spōtanei animi pos-
 sidētis. vt pz. ff. de vi z vi ar. p totū. Itō de p̄terito nō p̄sumim⁹ in
 p̄nti viciū aut animi auferri nō pōt p aliū sine corruptione animi
 delinquentis. z iō semp p̄sumit cōtinuata q̄si possessio in exiitia q̄si
 malitie si cōtrarium nō pbaf. Et ad h̄ tendit hui⁹ regule p̄clusio.

C Ratū q̄o habere nō pōt qd̄ ip̄ius noie nō est gestū.

Iulnerasti

vel occidisti cleri-
 cū noie tuo z ego
 eu⁹ noie factū nō fuit ratū habui nō sum in-
 nodatu⁹ vinculo excoicationis. qz q̄ meo no
 mine nō ē gestū ratū h̄re nō possum. vt. d. de
 sen. ex. cū q̄s. li. vi. **C** Aliud aut̄ exēplū tradit
 de iure ciuili. Pone qz gessisti negocium filij
 mei p̄tēplatiōe ip̄si filij. lz habebā ratū nō p̄pterea teneor tibi nō
 eo mō quo tegerer. z si ratū nō haberē. i. ad q̄ritatē peculij. qz q̄
 meo noie nō est gestū nō possum h̄re ratū. ff. de neg. ge. si pupilli. §.
 lz si ego. ibi nā z seruū zc. **C** Itē pone qz filij me⁹ rogauit rez p̄ca-
 rio noie suo lz ratū h̄eam nihilomin⁹ teneor iterdicto d̄ p̄cario pe-
 culiotenus sicut tenerer si ratū nō haberē. Eadē rōne qz nō meo
 noie gestū ē nō possum h̄re ratū. vt. ff. de p̄ca. l. si seru⁹. **C** Eadē rō-
 ne dici pōt qz si occidisti hoie noie tuo z ego h̄eo ratū nō tene-
 or. vel aliud cuiuscūqz generis delictū p̄misisti vel p̄tractū celebra-
 sti noie tuo z si ego habeo ratū nō teneor. qz qd̄ non est meo noie
 gestū nō possum h̄re ratū. vt p̄pterea p̄pter ratibabitōnē si obligā-
 tus vel possum agere cōtra aliū. vt in. c. z. l. palle. z ar. a Brio sensu
 sumpto. ff. de calum. l. ij. in fi. **C** Hū ergo si rē meā v̄didisti noie
 tuo z p̄ciū p̄cepisti. z ego habebā ratū qz opabitur ratibabitio ni-
 hil v̄ scōm tenorē istī regule. qz nō meo noie gestū zc. **C** Sed di-
 cūt qdā z bene qz si habui ratū q̄si v̄didideris noie meo z tūc nihil
 p̄iudicat mibi qz videor in cā ratibabitōis emisse z p̄pterea nō cō-
 sensisse. vt. C. de iur. z fac. igno. cū testamentū. z l. nō iō. sed si ra-
 tū habui qz v̄didisti noie tuo nō habiturus ratū si scirē me p̄ciūz
 petere nō posse ratibabitio nō inducit actionē nego. gest. qz noie
 meo nō est gestū. vt. §. sed si ego. facit tñ me dñm p̄dere. vt. C. de
 rei v̄di. l. mater agā tñ cōtra possessozē. sed si excipiat de ratiba-
 bitione potero replicare de dolo. ar. de pac. l. si cū te. in pn. tñ cō-
 tra hoc videt manifeste qz iure cauef qz error cōis nō ipedit trans-
 lationē dñi. vt. ff. de acq. re. do. l. cū in corp⁹. **C** Itē alio iure cauef
 qz falsa cā z falsa demōstratio nō viciat legatū. ff. d̄ p̄di. z d. l. d̄mō-
 stratio. i. pn. z l. falsa in pn. ergo nō d̄z impedire cōfirmationē dicte
 v̄ditionis. Itē qz iure cauef qz si trado rē seu pecuniā credēs me
 debitorē cū nō si debitor trāssero dñiuz z daf p̄ditio idēbiti vt p
 totū titulū. de condi. inde. ff. z. C. sed dicendū de rigore iuris do-
 miniū trāssere. verū qz error p̄babilis nō d̄z erranti nocere. iō cō-
 tra possessozē excipientē cōcedit replicatio doli. vt. d. l. si cū te. qz
 nō erat ratū habiturus nisi credidisset sibi cōpetere p ratibabitio-
 nē acti. neg. gest. ad p̄ciū. z iō merito daf replicatio qz z in legatis
 falsa cā viciaret legatū si testator alias legatur⁹ nō foret. ar. ff. d̄ cō-
